

1421. 1428 : VERDICT AGAINST CATHERUZIA ꝯ MARCO POLO
 sancti Panthaleonis plebanj veneciarum notarij manibusque dominorum Judicum
 procuratorum comiuntorum Qua presentibus & infra Vnde p̄fatj domini Judices
 procuratores videlicet domini Johannes zane, Bernardus Maripetro, domino
 laurentio Gisi tercio eorum socio non ente in consciencia cum eis visis et auditis
 petitione & racione premissis visa quadam sentencie carta facta completa & roborata
 manu franciscj de Soris veneciarum notarij Mccccxvij mensis maij die xxviiiij
 Jndicione x^a Riualtj qua patet qualiter dicta domina Caterucia polo extitit
 sentenciata ad dandum comisarie dictj Marcj polo ducatos quingentos auri per
 ipsam ipsi ser marco & eius fratribus donatos prout in ipsa sententia continetur
 Et attento quod dictus dominus Mapheus polo est debitor dicte domine Caterucie
 de ducatis mille auri pro eius dotte prout manifeste alias in Judicio constitit
 Datisque pluribus terminis dicto aduocato et eo nil producente quod esset in sui
 fauorem Et super hec habito consilio diligentj Prestito sacramento dicte domine
 Agnesine siue viro nobilj ser Moisis Justin eius fratri suprascripto Et eo Jurante
 secundum conscienciam suprascripte actricis verum esse vt supra narat Et primo
 declarantes & determinantes cartam diiudicatus dicte domine Caterucie quam habet
 contra commissariam dictj sui virj de ducatis mille auri non posse de cetero
 exequucionem obtinere nisi solum in ducatis qui[n]gentis aurj quos ipsa domina in
 se reseruauit Per sentenciam laudum et arbitrium per Justiciam & suum officium
 Sentenciando posuerunt in debitum dictam dominam Cateruciam paulo relictam
 & commissariam dicti domini Maphej Paulo & ceteras commissarias ipsius domini
 Maphej in bonis ipsius condam domini Maphej Paulo tanquam debitoris dicte
 domine Caterucie Polo debitoris comisarie dicti condam ser marcj Polo ad dandum
 & soluendum de bonis dicte comisarie ipsius domini Maphej Polo Commissarie
 dicti condam ser Marcj Polo ducatos quingentos auri causis superius allegatis
 Condenantes ipsam commissariam dicti ser Maphej Paulo in expensis presentis
 cause que sunt adiecta taxatione presentis sentencie ducatos duo auri Dantur eidem
 actricj dicto commissario nomine ad Jntromittendum de bonis omnibus comisarie
 ipsius domini Maphej Paulo vsque ad Jntegramolucionem Jnteruencionem dominis
 Procuratoribus de supra olim tutorum pupillorum condam domini Maphej polo
 predictj &ct vt in ea legitur. Hec autem Jnuesticio &ct Ad hec autem &ct
 Judices domini Fantinus Magno

Jeronimus Groario Nicolaus Pizamano	}	testes Petrus valentin Johannes botarius	}	precones
--	---	---	---	----------

(Archivio di Stato. Procurator. Assicurazioni di doti divisioni e compede.—Mobili, Reg, 2.
 fol. 38v^o.)